



**Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis
Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et
Justitiae, Sive Decisivi Discursus**

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque
omnibus in utroque Foro ...

Tractatus Primi Pars I. de Servitutibus Prædialibus, Usufructu, & utroque
Retractu, Pars II. de Emphyteusi, Pars III. de Locatione & Conductione

**Luca, Giovanni Battista de
Coloniae Agrippinae, 1691**

Disc. II. Ianuen. altius tollendi, seu ne luminibus officiatur. An & quando
vicinus prohibere possit vicino ædificare proprio solo, suamque domum
altius extollere, ne ejus domus luminibus ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-74102

DE SERVIT. PRÆDIALIB. DISC. II.

Ponderabam demum controversum esse inter DD., an privilegium de jure competens Monasteriis Monialium cogendi vicinos ad claudendas fenestras, seu alias elevandi vel demolendi propria ædificia, & de quo hoc eodem titulo pluries, competat etiam Monasteriis & domibus Religiosis Virorum, & affirmativam verorem latè probat Rot. dec. 92, num. 7, & per rot. ubi satis probabilia expenduntur fundamenta, quoties præfertim agitur de domibus conductus tis inhabitari solitis à populo minuto, & mulieribus, ex quibus de facili scandalum resultare potest, quod admitti etiam videtur per Rot. apud Buratt. dec. 631, num. 22. Unde quidquid sit de hoc, quoties ageretur de puncto exorbitanti & correctorio generalis dispositionis juris, cogendi scilicet Dominum ad claudendas proprias fenestras seu aliud præjudicium patiendi in suo, attamen istud motivum videtur irrefragabile ad hunc effectum faciendi cessare dictam limitationem, atque concedendi ipsis met Religiosis, ut in suo ædificare possint, atque ita scandalosam servitutem evitare, ita ut omnibus præmissis insimul ponderatis casus remanere videatur omnino planus, ideoque reflectendo etiam ad solam veritatem, dicta iusolutio Rotæ justa benèque fundata visa est.

8. De spatio relinquendo inter unum ædificium & alterum juxta Constitutionem Zenonis.
9. De regula I altius, ut quilibet ædificare possit in suo.
10. Et non attenditur lapsus temporis in materia facultativa.
11. Servitus probari potest etiam per presumptiones & adminicula.
12. Materia conjecturalis quomodo regulanda sit.
13. Resolutio cause.
14. Ponderantur conjectura & adminicula ad probationem servitutis.
15. Solent confitentes conspicuas domus curare, ut aliae domus adjacentes non possint elevare.
16. Non licet in proprio confitgere in præjudicium ejus qui concepsit solum.
17. Quid in hoc disponat statutum Janue.
18. De statuto Mediolani in hac materia presumenda servitutem.
19. Leges vel consuetudines uniuersitatis vel Civitatis attendi debent, pro interpretatione, seu etiam in casibus non decisis in jure.
20. An volens confitgere palatum, seu nobile ædificium possit de jure cogere vicinum ad sibi vendendam aream, vel dominum.

D I S C. II.

I A N U E N.

Altius non tollendi, seu ne lumini bus officiatur.

P R O

MARCHIONISSA HIERONYMA
DE AURIA SPINULA

C V M

LAZARO MARIA DE AURIA.

Casus disputatus coram Delegatis à Senatu Januen. & decisus pro Marchionissa.

An & quando vicinus prohibere possit vicino ædificare in proprio solo, suamque domum altius extollere, ne ejus domus lumini bus officiatur, vel impediatur aspectus.

S V M M A R I V M.

1. **F** Alii series.
2. De facultate altius elevandi propriam domum atque ita obscurandi fenestras domus eminentioris existentes in muro laterali,
3. De usu muri communis vel divisorii arearum, quando licet illum elevere ac super ædificare.
4. Quomodo procedendum sit circa doctrinas seu auctoritates in judicando & consulendo.
5. De altius elevando dominum propriam è conspectu alterius domus via publica & intermedia.
6. De ædificio quod praividet aspectui maris remissive.
7. De ædificio faciendo in propria area seu vacuo præjudicante ædificio adjacenti in lumini bus seu aliis. Cardin. de Luca de servitutibus.

Intra conspicuam domum Hieronymæ de Auria Spinula Marchionissæ de los Balbases, ac domum Lazari Mariæ de Auria, in Civitate Januen, adebat quedam area seu vacuum sub dominio & possessione Lazari Mariæ, quo volente quoddam ædificium pro ejus domus ampliatione vel commoditate construere, quod notable præjudicium præfatae domui Marchionissæ cauafasset, tam circulum, quam circa aspectum, & prospectum, ac etiam decorum, ipsa se opponente, commissaque per Senatum Januen, causa quibusdam specialiter Delegatis, cum utriusque defensores fuso calamo hinc inde scripsissent; Hinc hujusmodi scriptis ad Urbem transmissis, ex parte dictæ Marchionissæ consultus fui, necum pro causa defensione, sed etiam de proprio iudicio ad veritatem; Cumque ex auctoritatibus hinc inde copiosè cumulatis inspicrem processum esse cum aliquo aquivoco, allegando ad istum casum auctoritates alios satis diversos percutientes; Idecirco ad veritatem crientiam, defuper respondendo, dicebam plures casus in hac materia distinguendos esse, ac successivè distinguendas auctoritates, quarum aliqua unum percutientes, incongrue alteri applicantur, atque ita faciliorem controversię decisionem reddi posse.

Primus igitur casus est, ubi agitur de duobus ædificiis invicem connectentibus, mediante muro laterali utriusque domus tigna ac tecta substante, quorum unum eminentiorem altero structuram habeat, unde propterea in parte supereminente dicti muri lateralis, respondentे supra tectum ædificii depressoris, habens alterum magis elevatum, ibi habeat fenestras; Vicinus autem Dominus ædificii depressoris intendat illud altius elevere, atque ita dictas fenestras & lumina obscurare, & de isto casu loquuntur Ias. conf. 98 lib. 1, Honded. conf. 80. lib. 1, Sperelli. decif. 54, & 56, Thomas. dec. 119, Rot. apud Duran. decif. 450, que reputatur in hac materia magistralis, atque de eodem casu loquitur statutum Janue lib. 5, cap. 13, quod in hac parte concordat cum statuto Vrbis 107. & cum altero Mediolani 335, par. 2.

Isto casu regula assilit Domino ædificii depresso illud elevare volentis, non curato præjudicio alterius vicini utentis muro lateral, saltum habitu alteri communis, præter suum connaturalem usum, juxta firmata in premisis auctoritatibus, Qua tam regula plures recipit limitationes ac declarations, quatum aliqui insinuantur in Camerinen, in Rom. domus pro Ecclesia S. Blasii, dis. 4. & 11. Et in aliis hoc eodem titulo, in quibus in specie agitur de isto casu, ab illo tamen praesentis controversia extraneo. Et consequenter extraneas dicebam omnes premisas auctoritates, super quibus earumque intelligentia, & præsentim super dicta dec. 450. Duran, nimum hinc inde certabatur.

Alter casus est, ubi agitur de muro utrinque ædificii aream vel curtum seu hortum dividente, super quo unus ex viciniis, altero invito, novum opus construere intendat, murum prædictum altius elevando, ejusque confuerum statum immutando, unde propter alteri vicino, vel circa lumina, vel circa aspectum seu prospectum præjudicium resultet, & de hoc propriè agunt, post antiquiores ab eis relatios Bur. cons. 57. & 58. Thebaur. dec. 23. & 41. Menoch. cons. 1237. Sperell. dicta 54. & 56. bene Rovit. dec. 30. ac etiam votum Cameræ imprefsum inter decisiones Rota dec. 253. par. 7. recent. ac alii de quibus infra in Pisaren. mvi. Dis. 6. ubi in specie de isto casu, in quo ut patet ex ibi deducit, quamvis Doctores nimium certent, decisio pender ex circumstantiis facti, cuius potius quam juris quæstio esse videatur, An scilicet murus de sui natura sit aptus ad ædificium, vel potius simpliciter destinatus ad arcarium divisionem.

Et nihilominus etiam in uno vel altero casu, refrænatum non est judicis arbitrium ex facti qualitate & circumstantiis egredi juris regulas, atque novum opus perintere vel respectivo prohibere, Potissimum vero, in Urbe, ubi tam ex statu 107. quam latius ex confit. 22. Gregorij XIII. vicino amplior facultas tribuitur utendi quo cumque muro vicini, ut pluries hoc eodem titulo de isto casu speciali agitur; Sed pariter iste auctoritates, quæ in confuso cum præcedentibus & sequentibus cumulabantur, extranea remanebant a praesenti controversia, Unde propter alteri frequentius verificatur id quod mea est dicendi consuetudo, quod scilicet tota vis ac doctrina judicantis vel consulentis consistit in benè distinguendo triticum à palea, sive unam speciem frugum ab altera, cùm frequens videatur modernorum abusus confarcinandi auctoritates, illisque integras columnas implendi, nullatenus cogitando ad congruam vel incongruam applicationem; Et ideo quidquid sit de isto casu, supervacaneum erat illum examinare utpote extraneum.

Tertius casus est, ubi agitur de duobus ædificiis è conspectu existentibus, cum via seu alio spatio publico intermedio, quorum unum, juxta antiquum statum, structuram altero eminentiorem habeat, Dominus autem alterius depresso intendat istud ad equalitatem elevare, & ex qua elevatione resultet alterius præjudicium, vel circa lumina, vel circa ventos salubres, aut aspectum maris, seu prospectum, cum similibus, & de hoc ceteris antiquioribus allegatis agunt Buratt. & adden. dec. 631. late Rubeus in singular. tom. 1. circa decisiones Pirotiani fol. 509. & seqq. Rat. dec. 587. 595. 599. & 611. par. 5 rec. 5. Et occasione aspectus maris apud Capyc. Latr. & adden. dec. 50. apud Celsum dec. 375. cum alii de quibus in Neapolitana disc. præcedentis; Et in hoc regula est pro ædificante, limitari solita, vel in casu simulationis,

vel favore honestatis, ubi scilicet agitur de Monasteriis Monialium, vel ubi de servitute constet; Atque isto casu intrat inspeccio spatiū relinquenti juxta Constitutionem Zenonis insinuatam dicto disc. præcedenti, super qua etiam multum hinc inde elaboratum fuit, sed pariter extra oportunatatem, ut in præcedentibus; Licet enim ea qua habentur deducta isto casu inservient in sequentem, qui est ille controversie, nihilominus intermediatio vix, seu alterius loci publici aliquam differentiam constitutre videtur.

Quartus demum est casus præcibus præsentis controversiae, ut scilicet inter unum ædificium & alterum, aliquod ex est vacuum, seu area de dominio unius vicini, ex cuius apertura alter vicinus beneficium lumen, ac aspectus, vel prospectus recipit, quibus omnibus, vel eorum aliquibus præjudicatur, si præfata area Dominus, consuetum statum immutando, inibi ædificium construat; An scilicet concedatur alteri vicino ius prohibendi Dominon in suo ædificet, qui casus est benè specificatus in consuetudine Neapolis incipien. Si quia habet parietem, sub titulo de servitibus

Ista questione duas habet partes; Unam generaliter negativam & prohibitivam, seu è converso impliciter affirmativam, ac permissivam absque aliquo medio seu temperamento; Alteram vero modificativam, ut scilicet utraque facultas ædificandi, ac respectivè prohibendi concurrat compatibiliter in ordine ad relinquendum moderatum spatiū, per quod ita utrique consultum remanere dicatur juxta dictam Zenonianam Constitutionem registratam in Codicibus modernæ impressionis l. penult. C. de ædific. privati, ac etiam apud Rubeum primo tomo singular. fol. 512. & apud Fenzon. ad stat. Vrb. 104. ubi disponitur relinquendum esse spatiū duodecim pedum, in quo concordat dicta consuetudo Neapolis, incipien. Si quia habet parietem & Statutum Mediolan. par. 2. cap. 337. Unde licet dicta Zenonianam Constitutionem in ordine ad aspectum maris legi vim probabilitus non habeat ex deducitu dicto disc. præcedenti; Nihilominus in hac parte videtur, præsentim in Italia usi recepta, ut patet ex dictis juribus municipalibus, ac etiam quoad urbana habetur spatiū decem pedum in l. Meviana C. dicto titulo de ædificiis privati. cum etiam ipsa ratio naturalis assit; Verum de hoc, super quo nimium hinc inde elaboratum fuit, pariter incongruum credebam agi debere, quoniam quidquid sit de materia istius spatiū, de qua habetur particulariter actum infra in Romana fabrica de Manzoni dis. 5. non expediebat huic parti immoraturi in isto motivo cuius victoria succumbentiam causasset, sed omnino infistere in altero omnimodo prohibitio immutandi antiquum statum.

Quatenus igitur ad hanc inspectionem pertinet, admittitcam regulam assilere volenti ædificare in suo, ad vulgarem regulam tex. in l. altius, & L. ß. adibus C. de servit. & aqua, l. qui luminibus ff. de servit. urban. preditorum cum concordan. collectu per Sperell. dec. 55. Capyc. Latr. dicta dec. 50. & in supra allegatis Gerunden. altius tollendi dec. 587. 595. 599. & 611. pars. recent. cum aliis dicto discursu præced.; Non curato tertii præjudicio exinde resulfante, quoniam attenditur principaliter utilitas facientis seu ædificantis in suo, non autem damnum quod exinde accessoriæ seu consequentiæ alteri resuldat, excepto casu simulationis, quæ tamen in dubio non præsumitur ex deducitu apud proxime allegatos; Minusque curato quo cumque longissimo temporis cursu, quoniam cum id provenieret ex non usu facultatis, nunquam intrat præscriptio quoties non concurrant

DE SERVIT. PRÆDIALIB. DISC. II.

7

current ea quæ facultatem excludunt ex collectis per Buratt. decif. 38. Thesaur. decif. 16. Ratis decif. 460. & frequenter hoc titulo in proposito , recursus aquarum , vel accessus ad furnos , & molendina sub tit. de Regalibus.

Attamen ultra dictam limitationem resultantem ab emulione , quæ in hac facti specie non de facili convinci seu præsumi poterat , dum ædificium redundabat in notabilem utilitatem facientis ; Deducebat altera limitatio ratione servitutis , cajus , & si nullus explicitus tenuis , nullaque expressa probatio daretur ; Adhuc tamen de jure admittitur probatio præsumptiva per adminicula , conjecturas & præsumptiones juxta magistralem theoreticam Bar. int. i. num. 9 ff. de itinere atque privato communiter canonizatam ex deductis per Mascal. de probat. concl. 1215. Gratian. discept. 681. num. 7. Casanatt. cons. 39. Capobian. de Baron. pragm. 14. num. 13. cum seqq. cum aliis per Rot. in Firmania servitio 21. Martij 1664. coram Ninot. & 13. Martij 1665. coram Oi alora editio in Firmania de qua infra disc. seq. Ac etiam in decisio- nibus editis in Bononiens aquarum de qua pariter hoc titulo disc. 25 & in aliis frequenter.

Quoties autem agitur de materia conjecturali seu præsumptiva , certa & determinata regula genera- 12 ralis dari non potest , cum totum pendeat ex judicis prudenti arbitrio , juxta ea quæ in ista conjecturali materia satis frequenter habentur sub tit. de fidei- commissis & alibi , regulando ex singulorum casuum particularibus & individuis circumstantiis , ex quibus frequenter contingit , alias conjecturas vel adminicula in uno casu sufficere , in altero vero eadem & longe majora non , inspecüs præfertim quantitate personarum , usu regionis , ac super omnia , verisimilitudine , vel inverisimilitudine , quæ in omnibus ambiguis primum locum occupat , atque ut nosci dicunt , veritatis , ac respectivæ salutis imaginem habet.

In hac vero facti specie plura urgebant vehementia adminicula , ex quibus insimil. , & unitim ponderatis cum consueta regula , ut singula quæ non profundunt unita juvent , &c. in ambiguis & conjecturalibus perpetuo attendenda , cum sensu etiam veritatis credebam iustitiam huic parti assisteret , qualis etiam fuit sensus iudicium ita controversiam determinantium sub die 19. Septembr. 1661. Non licuisse scilicet , nec licere in dicto vacuo aliquod novum opus construere , quod officiat seu officere possit luminibus dicta domus Marchio nisla.

Prima species probationis , seu adminiculum deducebatur ex iudicio octo peritorum bonas ratios assignantium , quod juxta regulas architecturæ , stante utriusque ædificii structura , dictum vacuum ab initio ita destinatum ac relictum fuisset pro utriusque domus servitio.

Secunda conjectura deducebatur ex magna in- verisimilitudine , active & passim multiplicitate concurrente ; Ex parte scilicet Majorum dictæ Marchionisla , quod adeo nobile & conspicuum ædificium cum picturis aliisque ornamentis ingenti sumptu construere voluerint in hac parte respondentे super area aliena , cum adeo patenti periculo quod in dies arbitrio vicini , in quo ut plurimum aliqua æmulatio vigere solet , ita obscurari posset , atque ponere inutile reddi ; Et ex parte ipsius Lazari Maria majorum , quod dictum ædificium cum Menianis , cornicibus , pro filiis & aliis ultrò se protendentibus pati voluerint ; Ac etiam quod successivo spatio annorum circiter 200. privare se voluerint facultatæ & ædificandi in hac parte commodiori , ac no-

bilio , stante præfertim usu hujus Civitatis , ubi ob incolarum frequentiam , ac situs qualitatem , hujusmodi areae seu curtes non abundant , neque vacua negligi solent.

Tertia pro meo iudicio fortissima conjectura , stantibus præfertim dictis actibus negativis seu permissivis ut in precedentibus , refutabat ex actibus affirmativis ob qualitatem ædificii dicti alterius vicini , dum nobilior ejus pars ac mansiones destinatae ad Domini habitationem respondebant in quendam viculum , contra omnes architecturæ regulas , omnemque verisimilitudinem ; Si licet tuisset in hoc vacuo tanquam nobiliori parte ædificare , ac etiam quod stabulum , aliaeque officina existentes in hac parte habebant satis depreßam ac insolitam strucuturam , pariter contra architecturæ regulas , unde clarum refutabat argumentum , id ab initio ita ex conventione gestum esse , ne alias dicto conspicuo ædificio prejudicaretur.

Quartam , Ego ponderabam conjecturam juris de qua benè apud Castren. cons. 48. lib. 3. quod sci- licet solent qui magnum ac nobile ædificium seu domum construunt , ab initio casum prævidere , atque curare & se assecurare , tutosque reddere , ut aliae domus adjacentes in eo depresso statu perse- rare debeat , unde Cyriac contr. 462. num. 34. ex eadem auctoritate benè ponderat , quod ubi Do- minus adjacentis ædificii depresso est idoneus , atque ulterior elevatio sibi utilitatem vel commo- ditatem generaret , & tamen neglegit , signum est quod facere non potuerit ob constitutam servitum ; Atque in idem Ego ponderabam eam circum- stantiam , quod hic vicinus esset de eadem familia , in statu tamen magis privato , unde probabile est quod dicti Lazari Maria filii seu majori communis utriusque partis filii secundo genito seu alias attinenti , ista pars situs assignata esset , cum hac lege , unde intrarent eadem quæ habentur in Neapo- litana disc. precedenti , de non concedenda facultate ædificandi in proprio solo in præjudicium proprii auctoris à quo illud habitum est.

Quintam , pro adminiculo considerabam statu- tum Janue dicto lib. 6. cap. 13. §. ultimo , ubi disponi- tur quod si inter duas domus adsint fundata vel vacua , non posset unus illa integrè occupare , sed sola medietas ad unumquemque pertineat , unde deducebam argumentum , quod cum hoc vacuum ad utrumque spectare deberet , ita per quamdam spe- ciem concordia integrum datum fuerit uni , sub hac lege ne in propria parte seu portione altius ædifica- re posset , ita juxta concordia naturam , aliquid hinc inde dando & recipiendo.

Ponderabam etiam in idem dispositionem sta- туti Mediolan. 332 par. 2. ubi disponitur , quod al- legato titulo , ex sola longeva possessione seu longæ- vo usu ac statu præsumatur constituta servitus , nisi contrarium probetur ; Licet autem istud sit statu- tum diversæ ditionis , nullamque vim legis habeat extra proprium territorium & cum non subditis ; Nihilominus , stante præfertim regionum vicinitate , recte attendendum videtur pro argumento seu præsumptione , cum in iis casibus qui non habentur in jure expresse determinati , sive pro interpretatio- ne juris dubii , recte deferviant leges vel consuetudines aliarum , præfertim adjacentium , Civitatum seu provinciarum , Iaf. in l. de quibus num. 6 ff. de legibus Constant. in l. 1. C. de filiis official. lib. 12. num. 36. ad- deni ad Rotut. pragm. 2. de cessione bonorum vers. licet vero scribentes apud Pratum respons. crim. 46. n. 53. cum seqq. Rot. decif. 357. n. 49. & seqq. ar. 11. recent.

A 4

Ac

DE SERVIT. PRÆDIALIB. DISC. II.

8

Ac demum ponderabam conspicuam qualitatem
hujus aësticū, ob quam de jure, ob publicam utili-
tatem conceditur vicino, construere, perficere, vel
ornare volenti palatium seu conspicuum ædificium,
cogere vicinum ad sibi vendendam aream seu do-
mum depresso, in suo genere non habentem no-
bilem strukturam & non facientem ornatum, quo-
niam Republicæ interest, Civitates præfertim Re-
gias & Metropoliticas conspicuas ornari adiiciunt, ut
advertisunt Roman. singular. 7.8. Thesaur. jun. lib. 1.
quaest: forens: 04, numer. 3, cum seqq. Giuris: obser: 86,
num. 5, Carena resol. 2. Atque ita in plerisque Italiae
Civitatibus statutum esse refert Thesaur. ubi supra
num. 5. & habemus in Urbe statutum per Consilium
22, Gregorii XIII. de qua frequenter hoc tit. ad ma-
teriam retractus coacavi; Unde quicquid sit de
veritate seu praxi, ac intelligentia dicti assumpsi,
quam formiter examinare non oportuit, dum ita
incidenter deducebatur; Adhuc tamen pondera-
bam id esse in proposito considerabile, quoniam
cui damus actionem, multò magis concedimus ex-
ceptionem, ac etiam quia non agebatur de cogendo
ad vendendum, neque ad patientiam ex hac sola cau-
fa servitutem, sed considerabatur pro uno ex admini-
ciculis; Præfertim vero omnia hac, ut supra dictum
est, considerando non singulariter sed unitim cum
dicta regula, ut singula quæ non profundit, &c. cum
re vera hujusmodi quæstiones sint potius facti
quam juris; Ac propteræ reflectendo ad verita-
tem, etiam post jam decisam & sotipam controver-
siam, justa, benèque fundata mihi visa est dicta
resolutio.

7. Conventiones super servitute non aperiendi fenestræ,
vel aliud non agendi, an sint personales vel
reales

D I S C . III.

CUM Ludovicus vellet in muro propriæ do-
mus aperire fenestræ, ex quibus in cortile, &
séu aream domus Hieronymæ prospectus
haberetur, undè aliquod præjudicium vel Incom-
modum exinde resultaret, præfata Hieronyma se
opponente, introductaque lite in Rota Maceraten,
alijsque Tribunalibus in paribus, quatuor diversæ
prodierunt sententiae, duæ scilicet pro utraque par-
te respectivæ. Unde demum introducta per appella-
tionem causa in Rota coram Ninot, datoque du-
bio, an & ad cuius favorem consilaret de duabus con-
firmibus qua venirent exequenda, sub die 21. Martij
1664. ad favorem Hieronymæ opposentis prodic-
ta resolutio, confirmata 13. Martij 1665. coram Osatora
subrogato in locum dicti Ninot, interim assumpti ad
Episcopatum Gerunden. atque cum istis resolutio-
nibus causa, quod sciām, finem recepit, dum
amplius de illa actum non audivi, dictæque relo-
cationes mili pro Hieronyma scribenti, reflectendo
etiam ad solam veritatem, justæ ac probabiles vi-
sæ fuerunt.

Quamvis enim Ludovico dictum opus in suo
ad propriam utilitatem seu commoditatem prin-
cipaliter facere volenti assisteret regula, non curato
accessorio seu consequitivo vicini præjudicio, mi-
nusque contrario longissimo statu tanquam in actu
facultativo. Unde propteræ dicebam mani labore
se torsile scribentes in contrarium, qui cum copiosissimis allegationibus hujusmodi hodie vulga-
res ac præsupponendas præpositiones probare cu-
rabant. Attamen punctus erat in ejus limitatione
resultante à servitute, quam pariter receptum est;
nè dum cum titulo explicito, ac expresa proba-
tione, sed etiam per præsumptiones & conjecturas
justificari posse, juxta celebrem auctoritatem
Bart. in l. 1. § hoc interditio num. 9. ff. de itinere actu-
que privato, cuius verba præcita sunt hæc. Et idè
dicit Jacob. de Aret. & alijs moderni, quod sufficit quod
prober se audiuisse hoc dici à quibusdam vicinis & à qui-
busdam fide dignis, quod sibi competit a jure eundi &c. Ita
dicunt ipsi. Ego puto in veritate hoc esse, quod debeat
aliquid probari, quod ipse motus sit ad credendum sibi
servitutem competere. Et idè puto quod si erat de hoc
fama per contratale licet potest credere. Idè fortius si
erant ibi signavia, vel itineris, vel aquæ vel alia veri-
similia, quæ possunt animum adducere ad istam creduli-
tatem, quod autem sit usus iure servitutis probabitur
ex actibus; Quæ Bartoli traditio super probatione
servitutis per præsumptiones & admicula est com-
muniter recepta ex deductis per Grat. discept. 681.
num. 7. Panciroli. consil. 74. n. 4. & 5. Casanatt. consil.
39. Thesaur. decisi. 16. cum alijs in hujus cause de-
cisionibus; Atque ubi non haberemus auctoritates,
id suaderet ipsa ratio naturalis, quoniam tam ob
difficultatem probationis in antiquis, quæmetam
quia ut plurimum hujusmodi ita adjacentes do-
mus, ut præfertim hujus controversa structura de-
notabat, solet esse unius patris familias, atque in-
ter plures filios seu hæredes dividi cum hujusmodi
servitutibus tunc conventis, super quibus confici
non solent scripturæ, undè propteræ ista materia
potius est facti, quam juris, super qualitate scilicet
præsumptionum, & admiculorum, quæ ex per-
sonarum, ac locorum, seu usus, & regionis diversitate
veniunt pro judicis prudenti arbitrio diversimode
ponderanda.

In

FIRMANA SERVITUTIS

PRO
HIERONYMA BARLETTINA
DE COLUMBANIS

CVM

LUDOVICO DE FRANCESCHINIS.

Casus decisus per Rotam pro Hieronyma.

De probatione servitutis prospectus per ad-
minicula & præsumptiones, ne scilicet
quis in proprio muro, propriaque domo
construere possit fenestræ, vel aliud no-
vum opus facere, quod respondeat do-
mum vel area vicini, ac præspectum præ-
judiciale causet.

S V M M A R I V M.

1. Acti series.
2. De regula aëstante adiificanti in suo.
3. Servitus probatur etiam per præsumptiones & admicula, & quomodo in materia procedendum.
4. De admiculo negativo abstinenti longo tempore à construendo opere.
5. De admiculo affirmativo habendi in muro fenestræ cum certo restricto modo.
6. Quomodo in hac materia def erendum sit testibus.